



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

xvj. De Divortijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

nij legitimè probato, si quis contra præcedentem probationem partibus publicatam, quæ si matrimonium impediri iure non valeat, probare velit, audiendus non erit, sed priori standum erit probationi.

## DE DIVORTIIS,

### TITVLVS XVI.

*Diuortium est dissolutio matrimonij. Et separatio thori potest appellari diuortium. hoc dicit.*

*¶ cano. 1. in gloss. 32. q. 7. & gloss. 2. in can. omne. 27. q. 2*

**D**iuortium est dissolutio matrimonij, quæ utroque viuentis coniuge contingit. Sed & simplicem thori separationem diuortium non malè appellamus.

*Matrimonium regulariter dissolui non potest, & nisi sequuta sit copula, soluitur per ingressum monasterij, ita ut remanens in seculo possit alteri liberè nubere. h. d.*

*¶ cap. ex parte. §. nos autem. extra de conuers. coniuga.*

Sciendum est igitur legitimè contractum matrimonium dissolui non posse, quippe à Deo coniuncti ab homine separari nec debent, nec valent: si tamè alter coniugum<sup>b</sup>, qui per verba contraxit de præsentibus, copula non secuta, sese ad obseruantiam regularem voluerit astringere, poterit id altero etiam in consilio efficere: & ei, qui in seculo remanere voluerit, alteri se iungere permittendum erit. nec cauari poterit religionem ingressus, se falsa ad id causa inductum, putà quòd coniugem lepra p-

cessam crediderit, & ob id eius abominatus complexus fuerit, cum & sine causa id ipsum facere potuerit.

*Dicenti se uelle ingredi religionem, est certum tempus præfigendum, intra quod uel ingrediatur, uel ad uxorem redeat. h. d.*

Ei<sup>c</sup> autem qui se ad religionem transire uelle dicitur, certum est præfigendum tempus, intra quod legitimè caueat, quod aut ad religionem se transferet, vel redibit ad coniugem.

*cap. ex publico. extra de conuers. coniuga.*

*Reddit rationem cur non secuta copula per religionis ingressum matrimonium dissoluitur. h. d.*

Neque mirum uideri debet, quòd post legitimè de præsentibus præstitum consensum, carnis non secuta commistione<sup>d</sup>, alter coniugum etiam altero inuito ad vitam regularem transitum facere valeat: quia cum nondum una caro effecti sint, satis probabiliter, uno ad Deum transeunte, alter in seculo remanere poterit.

*cap. 2. extra de conuers. coniuga.*

*Per sacri ordinis susceptionem non dissoluitur matrimonium, etiam non consummatum. hoc dicit.*

Diuersum statuitur, si quis posthabito Canonico religionis ingressu, post aliquam per verba de præsentibus desponsatam, sacros ordines susceperit: quam enim uotum per sacri susceptionem ordinis firmatum, ad impediendum matrimonium futurum, ac dirimendum potest

stea contractum habeatur effi-  
cax, ad dissoluendum tamē pri-  
us contractum etiam non con-  
sumatum, inualidum cense-  
tur. Ideoque talium ordinum  
non obstante susceptione, si ad  
profitendam probatam religio-  
nem induci non valeat, & spon-  
sa eius institerit cōtractum ma-  
trimonium consummare, per cen-  
suram Ecclesiasticam compellendus erit.

*Cultus disparitas, & creatoris contumelia  
sunt iusta causa dirimendi: & quod facit Pa-  
pa, Deus censetur facere. h. d.*

Sed & si inter infideles matri-  
monio contracto sequuta copu-  
la fuerit, si alter qui in infideli-  
tate permanerit, vel ita a fideli  
disingui, aut non nisi cum con-  
tumelia creatoris, cū altero cō-  
morari, licebit Christiano non  
modò matrimonium dissolue-  
re, sed etiā (vt suprà diximus<sup>b</sup>)  
alteri se matrimonio iungere.  
Quibus casibus cū authorita-  
te sedis Apostolicæ, & Romani  
Pontificis matrimonium distra-  
hatur, non iam humana, sed po-  
tius diuina potestate coniugiū  
dissolutum intelligitur.

*suprà titu. Ob ueram cocundi impotentiam, nō ob pu-  
que matri. tatiuam dissoluitur matrimonium. h. d.*

*impe. poss. Item<sup>c</sup> si quis ignarus virginē  
§. itē frigi- in vxorem duxerit, quę aded ar-  
ditas. et 33. sta sit, vt mulier fieri nō possit,  
q. 1. & 2. vel simile vitium à natura con-  
per totū. et traxerit, vt ope medicorum nō  
extra. de fri. possit adiuuari: Aut mulier vi-*

rum acceperit, qui aded frigide  
sit naturæ, vt eidem carnaliter  
cōmisceri non possit, poterunt  
inuicem separari: & qui matri-  
monio aptus erit, ad secundas  
nuptias liberè transitum face-  
re. Si quis tamē coëundi impo-  
tentiam causatus, post separa-  
tionem aliam acceperit: aut ea<sup>d</sup>  
quæ arcta purabatur, aliquē in-  
uenerit, qui sibi seras refereret,  
vtroq; casu post peractam pœni-  
tentiam, ad priora coniugia re-  
dire compellendi erunt.

*Quan quis duxit uel retinuit sciens copu-  
læ non idoneam, habebit ut sororem, si nō po-  
test habere uelut uxorem. h. d.*

Planè si scienter<sup>e</sup> quis cū ea,  
quæ maribus impotens est cō-  
misceri, matrimonium contra-  
xerit, vel alferius cōperta post-  
modum impotentia, simul mo-  
rari consenserint, his casibus Ec-  
clesia iudicare cōsueuit, vt quas  
viri tanquam vxores habere nō  
possunt, habeant vt sorores.

*Ob fornicationem carnalem, uel spiritualē  
non soluitur matrimonium, sed fit separatio tho-  
ri. h. d.*

Sæpius tamen accidit, vt ma-  
trimonij remanente sacramen-  
to, thori tantum fiat separatio:  
vtputà, si alter coniugum car-  
naliter, vel spiritualiter fornica-  
tus fuerit: quibus casibus matri-  
monium minimè aboletur, sed  
sibi sunt inuicem coniuges, e-  
tiam separati.

*Pendente iudicio super adulterio, nō habet*

m 3

*d cap. frater-  
nitatis. in fi.  
extr. de fri-  
gi. & mal.*

*e cap. consul-  
tationi. ext.  
de frigi. &  
malefi.*

*n cap. quan-  
to. extra. de  
diuort.*

*b suprà titul.  
que matri.  
impe. poss.  
§. item. &  
§. seq.*

*suprà titu.  
que matri.  
impe. poss.  
§. itē frigi-  
ditas. et 33.  
q. 1. & 2.  
per totū. et  
extra. de fri-  
gi. & mal.*

*locum separatio thori. h. d.*

*a* cap. 2. ext. ut lite pendat. Sed & separatio non, instituta statim de crimine accusatione, facienda erit: sed probata et peracta. Interim enim pendente iudicio, coniugum altervter, Iure, quod habet in altero, priuari non poterit.

*Facta separatione thori ob fornicationem carnalem, post emendationem non compelluntur coniuges se resumere: secus, si ob spiritua-*

*lem, nisi alter uelit monasterium ingredi. h. d.*

*b* cap. pen. et fin. extr. de adult. Multum autē interest, vtrūm ob carnalem, an verò ob spiritua-  
*c* cap. gaudemus. extra. de conuer. coniuga. lem fornicationem thori sit facta separatio. Primo enim casu maritus adulteram vxorem etiam emendatam, nisi & ipse simili fornicatione *b* pollutus fuerit, recipere non compellitur, sed fornicatrix in claustris cū religiosis mulieribus ad perpetuam agendam pœnitentiā erit collocanda *c*. Secundo verò, si fornicatus spiritualiter, ab infidelitate reuertatur, cogetur quæ in fide remansit, illum resumere, nisi & ipsa ad religionē transitum facere voluerit: quod etiam nolente viro ad fidem reuerso, exequi liberè poterit.

*Regulariter uxor & uir nō possunt dissiugi, ut alter sumat sacros ordines, aut monasterium ingrediatur: fallit hoc in casibus præcedentibus & sequentibus. h. d.*

His exceptis casibus alter cōiugum, altero in seculo remanente, nec ad sacros ordines, nec ad regularem suscipiendus est

obseruantiam, nisi fortè remanens eius sit ætatis *d*, vt sine suspicione incontinentiæ valeat in seculo remanere, aut ipsam continentiam vouere voluerit. Alioqui quāquam de vxoris licentia *e* monasterium quis ingressus fuerit, & professionem fecerit, non vxor ad continentiam cogi, sed vir ad vxoris thorum euocari poterit, nisi post coniugis ingressum fornicata fuerit, aut se inuicem continentiam promittēdo absoluerint.

*Qui inuita uxore ingressus est monasteriū & ab eadem uxore redire coactus, ea mortua, non cogitur rursus in monasterium reuerti, sed non poterit amplius uxorem ducere. Quod si uxore non contradicente fuerit ingressus, illa mortua non poterit exire, præsertim si fuerit professus consentiente uxore. h. d.*

Quæsitum tamen est, si quis vxore inuita *f* monasterium intrauerit, & repetitus ad eam redire coactus fuerit, an eadē mortua, cogendus sit ad monasterium reuerti, an verò aliam possit in vxorem ducere? Et in hac specie responsum est, votū quidem non tenuisse, & propterea ad monasterium redire minime illum teneri: sed cū ingrediendo monasterium, debitum se non exacturum, promississe videatur, vlteriùs vxorem ducere non poterit: cū id vouere in sua positum voluntate fuerit. Quod si quis sciente *g* vxore, nec contradicente, vitam professus fuerit monachalē, vxore post-

*d* cap. cū sis. in fin. cap. ad Apostolicā. cap. significasti. et capit. dudū. in fin. extr. de conuers. coniug.

*e* cap. 1. de cōuers. coniu.

*f* cap. quiddā. extra. de cōuers. coniu.

*g* cap. consulti nos. extra. d. tit.

postmodum defuncta, nec habitum quem semel assumpsit, abijcere, nec aliquam sibi matrimonio copulare poterit. Matrimonium quoque temere<sup>a</sup> contractum dirimendum erit: quod in eo, qui consentiente vxore profellus fuerit, multò magis obtinebit, quanquam monasterium nunquam ingressus fuerit.

*Quæ credens uirum esse mortuum, religionem est ingressa, à uiro educta, si uir moriatur, non cogitur reuerti ad monasterium, licet id sibi expediat. h. d.*

Quid statuemus de ea quæ credes<sup>b</sup> maritum mortuum<sup>b</sup>, habitum religionis assumpsit, an si eo reuerso, de monasterio educta fuerit, post obitum uiri sit ad regularem obseruantiam compellenda? Et quidè huic consultius ad salutem fuerit, si ad monasterium redeat, sed si ad hoc perduci non poterit, cogenda non erit.

*Etiã altero coniugum inuito potest quis uouere peregrinationem. h. d.*

Licet autem alter coniugum altero inuito religionis uotum non possit assumere, uiri tamen etiã præter vxorum assensum peregrinationis ad terram sanctam propositum uouere, & implere liberè valent.

*Vxor non plenè certificata de morte uiri, contrahere non potest quamuis continere nequa. h. d.*

*Et<sup>c</sup> quamvis illi diutissimè*

in peregrinatione cõmorentur, vel etiã ab hostibus capti nunciuntur, donec certum nũcium de uirorum morte vxores non receperint, ad aliorũ coniugiũ conuolare nõ poterunt, quamvis vt certiorarentur, magnam adhibuerint diligẽtiam, & eius ætatis sint & fragilitatis, vt continere nequeant.

*Agenti petitorio ad coniugem, obstat cõsanguinitatis exceptio, secus si possessorio: quia antequam de exceptione cognoscatur, plenaria restitutio est facienda, nisi conuentus excipiens iuret de malitia, et probationes habeat in promptu, quo casu fiet restitutio quo ad alia, non quo ad copulam. h. d.*

Ergo nisi legitima subsit exceptio, coniugibus temerè disunctis, alterum alterius repetendi semper integrũ Ius manet. Erit autem legitima exceptio, cùm aliquis cõsanguinitatis gradus obijcitur<sup>d</sup>: quo quidè casu, licet si petitorio iudicio actum sit, antea de ipsa exceptione cognosci debeat: si tamè possessorio quis experiatur, antequam de cõsanguinitate discutatur, plenaria erit faciẽda restitutio, nisi is qui conuenitur, & de malitia iuret, & super exceptione promptas probationes offerat. Quo casu excepta carnali commixtione, tantum quo ad reliqua, restitutio faciẽda erit.

*Si mulier restituenda timeat seuitiam uiri, debet ab eo præstari cautio, & si ea non præ-*

*d cap. literas. extra. de restit. spoli.*

letur sufficiens, dum causa plenè cognoscitur, uxor est deponenda in loco honesto & u-  
to. b. d.

Prestanda tamen erit idonea cautio<sup>a</sup>, quòd nullam restitutæ violentiam vir inferet: quòd si tanta sit viri sæuitia, aut odio tã capitali vxorem prosequatur, vt trepidanti mulieri sufficiens securitas, puideri nequeat, vsq; ad causæ decisionem alicui p-  
bæ & honestæ mulieri studio-  
sius custodienda committeretur, in loco vbi vir, vel eius coniun-  
cti, mulieri nullam possint in-  
iuriam inferre<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> cap. literas.  
in si. ext. de  
restit. spo.  
  
<sup>b</sup> cap. ex tras  
missa. exir.  
d. tit.

Ob solam traductionem mulieris ad domũ, nullum ius oritur impeditiuum sequentis ma-  
trimonij b. d.

<sup>c</sup> cap. ex par  
te. ext. de re  
stit. spol.

Et hæc quidem obtinent, fe-  
cuto inter viros & mulieres ma-  
trimonio. Cæterum<sup>c</sup> si nullis præ-  
cedentibus sponsalibus, vel  
legitimo consensu mulier ad vi-  
ri domum iam traducta, postea  
abscedens alij fortè nubere vo-  
luerit, nulla facienda erit resti-  
tutio.

Qui uiuente uxore etiam ab eo separata  
quo ad thorum secundam consciam duxit uxore,  
etiam prima mortua separabitur à secun-  
da, sed cum alia contrahere poterit. b. d.

<sup>d</sup> cap. ex lite-  
rarũ ext. de  
eo qui dux.  
in mari.

Fornicationis<sup>d</sup> quoque repe-  
tenti obstat exceptio, thoriq; ob  
eam causam sequuta separa-  
tione, separata uiuente, aliã vs-  
que ad eò superinducere quis p-  
hibetur, vt si de facto duxerit,  
exq; ea filios susceperit, etiã

mortua adultera eandem reti-  
nere non possit: quòd ipsum &  
priori vxore minimè cognita  
sibi locum vendicat, licet aliam  
ducere minimè prohibeatur.

Si mulier matrimonium contraxerit cum  
eo quem ignorabat coniugatum, uxore prima  
mortua erit in eius potestate uirum retinere.  
hoc dicit.

Hoc<sup>e</sup> tamè de ea intelligi o-  
portet, quam quis nõ ignaram  
aliam uiuere, & fortè aliquid in  
mortem alterius machinatum,  
in vxorem duxit. nam si qua p-  
cedentis matrimonij penitus  
in scia alicui nupserit, priore  
mortua, nisi mulier diuortium  
petat, ad petitionem viri non  
sunt separandi. Nec enim sub-  
stinendum est, vt vir qui scien-  
ter in legem commisit, de pro-  
prio dolo commodum repor-  
tet.

Cum ea, quam quis uxore uiuente cogno-  
uit non sub specie matrimonij, defuncta uxore  
potest quis contrahere, si neuter ipsorum ma-  
chinatus est in mortem prædefunctæ uxoris.  
hoc dicit.

Cum ea autem, quam quis v-  
xore uiuente non prætextu ma-  
trimonij cognouit, si nihil in  
perniciem olim uiuentis vxo-  
ris vir, aut mulier cognita, ma-  
chinati fuerint, nec fidem de cõ-  
trahendo sibi inuicè dederint,  
contractæ postea nuptiæ legiti-  
mæ reputandæ erunt. Sed etsi  
fidem quidem sibi inuicem de-  
derint, vel etiam de facto con-  
traxe-

cap. i. exir.  
de eo qui de-  
xit in ma-  
tri.

*a* cap. si. ext. de eo qui duxit in ma-  
tri.  
traxerint<sup>a</sup>, si nec antè, nec post, legitima cõiuge superstite, carnalis intercessit copula, quamvis vterque grauiter deliquerit, & propterea etiam sit imponenda pœnitentia, matrimonium tamen contractum post vxoris obitum, minimè dissoluetur.

Bonum aliquod subsequutum præcedens delictum, & eius pœnam non abolet. h. d.

*b* cap. i. ext. de conuersi. infideli.  
Usque ad obitum<sup>b</sup> autem machinatio in alterius coniugum obitum adhibita, inter superstites machinatores matrimonij spè excludit, vt si infidelis cum Christiana communicato consilio eiusdem maritum de medio sustulerit, licet postea per studiũ superstitis vxoris ad fidẽ Christianam translatus fuerit, non tamen propterea magis cum ea nuptias legitimas contrahere, aut contractas retinere poterit. Nec enim huiusmodi lucro, tã detestandum damnum Ecclesia resarciri patitur.

Animus & propositum distinguunt maleficia. h. d.

*c* cap. i. extr. de conuersi. infid.  
Diuersa<sup>c</sup> ratio est eorum, qui ad fidem conuersi, illorum sibi matrimonio iunxerunt vxores, quos in belli certamine occiderunt: eorumque qui conuersas duxerunt, quarum infideles maritos simili modo interfecerunt. nam cum tales virorum defunctorum interitum specialiter nõ quæsiuerint, & matrimonium

inter huiusmodi personas licite potest contrahi, & sic coniuncti diuortium postulare nequeunt.

Punitur affectus, licet non sequatur effectus. h. d.

Sed etsi machinationem adhibitam in necem coniugis effectus consequutus non fuerit, si insidiator alteri superuixerit, spe coniugij<sup>d</sup> perpetuò destitutus, ad secundas nuptias nunquam aspirare poterit: sicut & in ijs accidit, qui incestum admiserunt, sacerdotem interfecerunt, & alijs pluribus casibus.

Secundæ nuptiæ absq; timore infamiæ intra annum luctus possunt celebrari, sed non debent benedici, quocumq; tempore contrahantur. h. d.

Illud quoque admonendi sumus, quibus casibus secundarum nuptiarum permessa est celebratio, minimè verendum esse nupturis, ne si intra annum luctus ad secunda vota transeant, aliqua notentur infamia<sup>e</sup>. Cum enim secundum Apostolũ mulier viro mortuo sit ab eius lege soluta, eiusdem sententia, & auctoritate, omnis legalis infamia cõsetur abolita: cum in his præsertim seculares leges non dedignentur sacros Canones imitari. Vir<sup>f</sup> tñ & mulier ad bigamiã transiēs, nõ debet à presbytero benedici: q̃a cum semel benedicti fuerint, huiusmodi benedictio iterari non debet.

n

*d* cap. i. ext. de diuortijs.

*e* cap. pen. et fin. extr. de secun. nup.

*f* cap. utr. autem. extr. de secun. nup.